UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Thesaurus absconditus. Gradus 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

eſt, & *timidus revertatur* excluſus ab hac convivio. Quapropter eſt cœna paucorum: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*, ut hac cœnâ fruantur. Matt. 26.

PARADISUS,

Theſaurus abſconditus.

XVI.

Theſaurus abſconditus in agro. Matth. 23.

QUia Chriſtus, objectum noſtrum beatificum, cum ſit Deus & Homo, habet theſaurum Divinitatis in agro Humanitatis: & quemadmodùm ad poſſidendum theſaurum abſconditum in agro, neceſſarium eſt habere agrum, quo mediante deindè devenitur ad theſaurum agri; ita mediante Humanitate venitur ad Divinitatem Chriſti: & ut conformemus nos Divinitati, primò nos conformemus Humanitati, neceſſe eſt. O fertiliſſime ac fœcundiſſime ager ſacroſanctæ carnis Chriſti, qui magnum nobis beatæ Gloriæ promeruiſti theſaurum in gaudio Divinitatis! Immenſas tibi referant gratias Spiritus beati, omneque cor te amet, te adoret.

XVII.

Theſaurus abſconditus, invíſibilis.

Theſaurus inviſus. Et hæc quoque proprietas competit Chriſto in paradiſo: quia tametſi videatur, non tamen comprehenditur. Unde dicitur de Deo: *Poſuit tenebras latibulum ſuum*: abſcondit ſe in invíſibilitate & incomprehenſibilitate ſua, veluti in latebris: Ezech. 20. Pſal. 17. Bellar.

in inviſibilitate reſpectu noſtri, & in incomprehenſibilitate comparatione Beatorum : & ſolùm eſt theſaurus ſibiipſi planè apertus & manifeſtus : quia ſeipſum ſolus cognoſcit, quantùm cognoſcibilis eſt, cognitione perfectiſſima & comprehenſiva.

XVIII.

Theſaurus abſconditus, exaturans poſſidentem.

S. Thomas. *Theſaurus eſt bonum ineſtimabile ; quod ſatiat poſſidentem.* Et talis eſt conditio ſummi Boni, quod illos qui poſſident in cœlo : ſatiat enim adæquatè, & quietat omnem eorum appetitum & deſiderium. Quietat & ſatiat intellectum in cognitione clarâ primæ veritatis : quietat affectum in amore & fruitione ſummæ bonitatis : & ſatiat memoriam in perfecta poſſeſſione infinitæ æternitatis.

XIX.

Theſaurus abſconditus, bonum intelligibile.

Quia eſt abſconditus oculo ſenſus & carnis ; ideo propter, ſicut in cœlo non fruimur eo, niſi ſecundum partem ſuperiorem animæ, quæ eſt intellectus & voluntas ; ita nec in hac vita eundem acquirimus, niſi ſuffragante Gratiâ, ac Fidei, Spei, & Charitatis exercitio. Et illi ſunt veri comprehenſores in cœlo, qui fuerunt

Ioan. c. 4. veri Viatores & adoratores in terrâ : *Adorantes Deum in ſpiritu & veritate.*

XX.

Theſaurus abſconditus, in ignominia Crucis.

Iſa. 53. *Ibi abſconditus vultus ejus.* Summus hic & ultimus

excel

ttit terminus Divini Amoris & Charitatis, commu-
e thronum Gloriæ cum patibulo crucis, abſcondere
jeſtatem ſub umbrâ noſtræ infirmitatis. Erat in
ori. ſua Deus, & ſpecioſiſſimus, & innocentiſſimus,
potentiſſimus: nihilominus *putavimus eum quaſi*
roſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum: at *ſemper*, *Iſai. l. cit.*
ubique pulcher erat, ut notat S. Bernardus: *Pulcher*
majeſtate, pulcher in infirmitate, pulcher in Cruce, &
lcher in luce Gloriæ.

PARADISUS,

Regnum DEI.

XXI.

Regnum Dei, Regnum beatum.

Quia per gloriam Deus perfectè regnat in Beatis to-
li dominio in pacificâ & quietâ poſſeſſione. Quam-
rem Regnum Dei in cœlis eſt monarchicum, quia
nec regnat Diabolus, nec peccatum, neque caro;
d ſolus Deus, *qui eſt omnia in omnibus*. O fœliciſſimum *S. Apoſt.*
egnum! *locus pacis & quietis, locus ſecuritatis, locus ex-*
ltationis, admirationis & ſtuporis. Adveniat, Domine, *S. Bern.*
gnum tuum, & non veniat ſolùm, te rogo, ſed ſubitò *ſerm. 33. in*
dveniat, & advolet: *Obſecro, Domine, adveniat* *Cant.*
& advolet Regnum tuum, ait D. Auguſtinus. Quia *S. Aug lib.*
opter renuncio, & deteſtor quodcunque aliud *de ſpecul.*
regnum: *Poſſide nos, & regna ſuper nos*, nunc *c. 3.*
per Gratiam, & poſteà per *S. Bern.*
Gloriam.